



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

*MDCXLV
III.

Contra Moguntinos denuo Erfurtenses insurgunt.

II.

Moritur Anselmus.

Succedit Joannes Philippus.

Primam curam Erfordiae applicat.

Emendanda

Cæsaream commissionem impetrat.

antiquitate congefferat. * † Percitiis denuo Erfurtenses, multis antiquissimam libertatem, quâ jam à Francis adverte Thuringiæ Dominos muniti fuissent, incertâ fide adducunt. Tandem hæc triplex optatissimâ Imperii pace abruptæ sunt. Vidit profusis expensis Erfordia, quante utilius sit privatim se continere, quam impari litigio potentiores excitare. Nulla in pacis legibus Urbis mentio, sed pristini obsequii vinculo relicta est.

† Durantibus istis litibus Anselmus Elector fatis concessit, & auspiciatissimâ omnium electione, Herbipolensis Episcopus, † Joannes Philippus, Imperii Princeps, & Franconiæ Dux, ArchiEpiscopus Moguntinus eligitur. † Hic cum negotium pacis ad finem tot suspiriis hæcenus expectatum promovisset, primam curam nobilissimo Electoratus sui membro Erfordiae deberi existimans, quæ mala per iniquitatem belli irreperant, emendare aggressus est. † Multa Electoris jura Senatus occupaverat, turbaverat Clerum, ademerat templa, interceperat redditus, & veteris obedientiæ leges abrogaverat. Vidit Elector morosorem esse Urbem, quam ut solis jussibus obtemperaret, nec tamen vim adhibere voluit, quamdiu pacatione remedio obedientia posset impetrari; † quapropter Cæsarem adivit, vellet ille per Legatos de causæ meritis cognoscere, Moguntinam Sedem in pristinam superiorita-

ntatem, & jura, quibus ante bellum gavi-
 visa est, restituere, poscere hoc pacis le-
 ges, quæ attentata per turbas nulli præ-
 judicio, & inversa restitui velint. * †
 Cæsar Melchiori Ottoni Bambergensium
 Antistiti, & Eberhardo Würtenbergen-
 sium Duci, Imperii Principibus, causam
 mandat, cognoscerent illi, & quid æ-
 quum statuerent, ubi difficilius rei mo-
 mentum occurreret, cum voto referrent.
 Principes acceptâ super hoc potestate
 Consiliarios subdelegant. † Bambergensium
 Petrum Jacobum Aulæ Præfectum, &
 Philippum Wernerum Emmerich Fisci
 Imperialis in judicio Spirensi procurato-
 rem, Würtenbergensis Joannem Albrechtum
 de Welward mittit. † Ingressi Ur-
 bem Legati præsidio Suecico adhuc imple-
 tam; anxii, qui hæctenus Remp. ex arbi-
 trio rexerant, ne licentiæ modus præscri-
 beretur, omnia tentant, quo Cæsaream
 Commissionem declinarent. Missi Norin-
 bergam, qui de gentibus eo in conventu
 ad pacis executionem Legatis Suecicis,
 negotium exponerent, etiam præsidii
 præfectus imploratus, idque effectum est,
 ut Legatis Cæsareis, ne quidquam moli-
 rentur, atrocibus verbis inhiaberetur. Sic
 ad sextam hebdomadem dilatum negoti-
 um, & Legati se privatim continue-
 runt.

† Dum hæc ita agerentur, cives ad ma-
 jorum felicitatem respiciunt, hac Senato-

MDCXLIX.

Bambergensium & Würtenbergensium Principes à Cæsare nominantur.

Subdelegati

Ingressi urbem æmulos inveniunt.

Communitatis

III.

ris adversus Senatū querela.